Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



me provocaverunt in eo quod non
erat deus et irritaverunt me in vani
tibus suis. Et ego provocabo
eos in eo quod non est populus et in
gente stulta irritabo illos. Ignis
succensus est in furore meo et ardebit
usque in infernum novissima. Devo
rabitque terram cum germine suo
et montium fundamenta combu
ret. Congregabo super eos mala et sa
gittas meas impleboque in eis. Con
sumentur fame et devorabunt eos
aves morsu amarissimo. Dentes
bestiarum immittam in eos cum
furore trahentium super terram atque
serpentium. Foris vastabit eos gla
dius et intus pavor. Iuvenem si
mul ac virginem lactantem cum
homine senem. Et dixi ubi sunt
cessare faciam ex hominibus memo
riam eorum. Sed propter iram inimi
corum distulit ne forte superbirent
hostes eorum. Et dixerit manus
excelsa et non dominus fecit hoc omne
Gens absque consilio et sine pruden
tia utinam sapiunt intelligant ac
novissima providerent. Quomo
do persequebatur unus mille et duo
fugarent decem milia. Nonne ho
quia deus suus vendidit eos et do
minus ~~consulat~~ conclusit illos. Non
enim est deus sicut deus eorum et in
imici nostri sunt iudices. De vine
enim sodomorum vinum eorum et de
suburbanis gomorre uva eorum
uva fellis et botrus amarissimus
fel ~~eorum~~ draconum vinum eorum
et veneno aspidum insanabile
Nonne hec condita sunt apud me et
signata in thesauris meis. Ego ea
est ultio et ego retribuam eis in
tempore ut labatur pes eorum.
Iuxta est dies perditionis et adest
festinant tempora. Iudicabit dominus
plebem suum et super servis suis miseb
itur. Videbit quoniam infirmata sit
manus et clausi quique deficerint
residuique consumpti sunt. Et di
cent ubi sunt dii eorum in quibus
habebant fiduciam. De quorum vic
timis comedebant adipes et bibe
bant vinum libamina. Surgant
et opitulentur vobis et in necessi
tatibus vos protegant. Videte q
quoniam ego sum solus et non sit alius
deus preter me. Ego occidam et
ego vivere faciam percutiam et ego
sanabo et non est qui de manu mea
possit eruere. Levabo ad celum
manum meam et dicam vivo e
ternum. Si acuero ut fulgur
gladium meum et arripuerit iu
dicium manus mea. Reddam vin
dictam hostibus meis et his qui
oderunt me retribuam. Inebri
abo sagittas meas sanguine et
gladius meus devorabit carnes
De cruore occisorum et captiui
tate nudati principum capitis
Laudate gentes populum eius quia
sanguinem servorum suorum ulci
scetur. Et vindictam retribuet in
hostes eorum et propitius erit
terre populi sui. Venit ergo moy
ses et narravit omnia verba can
tici huius in auribus populi ipse et
iosue filius nun. Cum pleuit q
omnes sermones istos loquens
adiscit omnisum et dixit ad eos
ponite corda vestra in omnibus verba